



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Q[uod] pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa. Pulchriora sunt  
ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP ER. IN CANT. CAN. CAP.III.

¶ Qe pulchræ sunt mammæ tuæ soror  
mea sponsa. Pulchriora sunt ubera tua ui-  
no, & odor unguentorum tuorum super  
omnia aromata.

Mar. p hu  
militatem  
exaltata.

Ioan. 3  
Psal. 103.

Gene. 1.2.

¶ Amici auscultant hæc, & intelligunt me hoc  
dicere, hoc admirari, quia mater & virgo es, &  
hunc esse fructum unius oculorum tuorum, &  
unius crinis colli tui: quod cum te reputares in-  
dignam uiro, facta es digna deo: cum te indigna  
iudicares facere semen in Israel, facta es digna sa-  
cere salutem in Israel, cum indignam te reputa-  
res lactare filium hominē, digna habita es mam-  
mis pulchrīs, uberibus pulcherrīmis, mammis  
uirgineis, uberibus itactis, lactare filium deum  
& hominem. ¶ Hæc auscultantes, totiens de  
mammis & uberibus tuis & de cæteris instru-  
mentis tuæ pulchritudinis, de oculis, de capillis,  
de dentibus & labijs, tot uoces dilecti gratulan-  
tis non fastidiunt, quoniam amici sunt, imo gau-  
dio gaudent propter uocem sponsi lætantis, iu-  
xta illud: Lætabitur dominus in operibus suis.  
Voces istæ, uoces letitiæ nostræ sunt, lætitiae pa-  
tris & filij & spiritus sancti in ipsis operibus no-  
stris, in māmis siue uberibus tuis, semel duo ube-  
ra tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, quidā  
supra dictum est: & nunc iterum quām pulchræ  
sunt māmæ tuæ soror mea sponsa, ac tertio, pul-  
chriora sunt ubera tua uiño. ¶ Hæc enim egregia  
sunt opera trinitatis, hæc gratiōra ualdeque pul-  
chriora primis operibus illius dicentis. Facia-  
mus hominem ad imaginem & similitudinē no-

COMMENTARIO. LIB. III. 55

stram, plasmantis de terra Adam & fabricantis  
de costa eius Euam. Nunquid enim non ualde  
pulchrius est, sicut nunc, de utero mulieris abs-  
q[uo]d uiro uirum facere, quā tunc de costa uiri mu-  
lierem fecisse? Illic nāq[ue] de uiro mulier facta est  
quæ perdat: hic de muliere uir factus est, q[uod] per-  
dita saluet, propter quod & factus est. Pulchri-  
tudo eius operis iocūdius spectatur in mammis  
sive uberibus tuis, quando iam peracta est speci  
estantæ pulchritudinis, quādo iam natus lactor  
mammis tuis, mammis foemineis, uberibus uir-  
ginea. ¶ Qualis tandem est ista comparatio, pul-  
chriora sunt ubera tua uino? Aut quid magnū  
est dicere, pulchriora sunt ubera tua uino? Nam  
in uino luxuria est. Nolite (ait quidam amicor[um],  
ad nostras adolescentulas scribens) nolite inebri-  
ari uino, in quo est luxuria. Quid ergo magnum  
est dicere, quod ubera tua pulchriora sunt eo q[uod]  
non est pulchrum. Vīnum namq[ue] sive hoc præ-  
fens uini significatum nō est pulchrum, cum sit  
luxuria, sive carnis uoluptas: sive cuius ebrieta-  
te præente nulla unq[ue] ubera præter ubera tua fil-  
ium lactauerunt. Est igitur illud, quod apud ho-  
minum scholas dicitur tapinosis, id est, humili-  
tas, statum rei magnæ dictis infirmans. Magna  
quippe res est uirginitas sive integritas uberum  
me filium lactantium, nec satis laudatur hæc tā  
pulchra res, dum re maritali sive coniugali pul-  
chrior esse prædicatur, scilicet lactatione filiorū  
quorum initium uinum est, id est, luxuria quæ  
in uino est; itidem secundum tropum, qui apud  
homines metohomia dicitur, p[er] id quod conti-  
net, ostendens id quod continetur,

ubera tua  
pulchrio-  
ra uino.  
Ephe. 5

tapinosis

Metono-  
mia.

RUPERTI IN CANT. CANT. CA. III.

Poteram sic dicere, quia sola ubera tua melas  
etantia pulchra sunt, cæterarum cuncta ubera  
foeminarum, ex quo id acceperunt ut filios suos  
lactare possent, etiam si quid pulchritudinis pri-  
us habuerunt, pulchra esse desierunt, ita ut re-  
ipsa quisq; lactentium ueraciter dicat. Ecce em̄  
in iniquitatib. conceptus sum, & in peccatis con-  
cepit me mater mea. s. in iniquitatibus Adæ, in  
peccatis Euæ. Nam ex illis iniquitatibus, exil-  
lis peccatis, cum cæteris malis istud quoque ui-  
num uenit, scilicet, luxuriæ nimetas, per quam  
conceptus mulieris a deo super numerū multipli-  
centur: ut in comparatione reproborum electi  
pauci aestimentur. Quæ aut̄ sunt unguenta tua?  
Dico enim, & odor unguétorum tuorum super  
omnia aromata. Quæ ergo sunt unguenta tua,  
soror mea sponsa? Eleemosynæ tuæ, quas expé-  
disti in me. Audiunt & audituri sunt amici de q̄  
dam muliere, effundēte oleum super caput & su-  
per pedes dilecti tui recumbentis, & dicunt quia  
domus iplēta est ex odore ungueti, & intelligūt  
in illa muliere ecclesiam nostram, q̄ quotiens im-  
pendit eleemosynam pauperibus nostris, toties  
unguenta sua pedibus meis superfundit, & aro-  
mata distribuit. Hæc em̄ sunt aromata uera, un-  
guenta præiosa, esurienti cuilibet ex inimicis  
meis cibum dare, sitienti potum præbere, hospi-  
tem siue peregrinantem colliget, nudum uestire  
infirmum uisitare, & si in carcere est ad eum ueni-  
re. Super omnia hæc aromata est odor unguento-  
rum tuorum, id est, suauitas eleemosynarum tuarum,  
quia non ut cæteri in membris meis, sed in me-  
metipso tu mihi munificentissima extitisti. Et

Psal. 50.

Ioan. 12

Math. 25

COMMENTARIO. LIB. III. 56

quidem iure materno & naturali affectu tu mihi cuncta debuisti: ueruntamen fidem & humili tatem siue charitatem tuam plusq; maternā re spicienti mihi, cūcta pro optimis unguētis, cun cta pro suauissimis fuere eleemosynis, ita ut nula eleemosynarum aromata, quæcunque mihi in meis expenduntur minimis unguentis illis ualeant aliquatenus comparari.

Fauus distillans labia tua sponsa mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorū tuorum sicut odor thuris.

¶ Parum erat quod dixi supra, & eloquium tuum dulce: quia nimis parum est, dulcedinem esse in eloquio, nisi dulce sit etiam cor. Tu dulcis in ore, dulcis & in corde. Hoc est quod nunc dico, fauus distillans labiatua, subiungens, mel & lac sub lingua tua, id est, in anima tua. Ibi tibi metipsi dulciter sapit fauus eloquij tui, fauus distillans a labijs tuis, labijs gratiosis. Fauus tu us ego sum, mel tuum & lacatum ego sum: qd deus tuus & filius tuus ego sum. Hoc tua sentit anima, hoc tua sonant labia, Aliud loq nō potes, qd id quod in pectori habes: Ex abundantia cordis labia tua loquuntur. Et si alijs pro te tacuisti, mihi tacere non potuisti. Ex quo me natū uidisti, mecum deliciata es fauo dulcis eloqui, simul qd osculo oris mei, osculo oris tui, & satisfactū est etiā sic fidei tuæ, spei & dilectioni tuæ: fidei per dilectionē dicentis, osculetur me osculo oris sui. Quid de pannis dicā, qbus me inuoluisti, & in præsepio reclinasti? Nimis id quod uerè est, quia odor uestimentorū tuorū sicut odor thuris,

Fauus tu  
us ego sū.

Lucæ, 6.

Canti,